



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Cur non poterant credere?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

da Dei præscientia, & permisso, sed nutu omnia fieri. Et l. 3. c. 23. §. 7. & 8. Decretum à Deo ut pèrret Adam. Imo Dei ordinatione hominem sibi acceffisse interitum, & com. in l. ad Rom. & in c. 9. Tractatus scripserunt contra hæc non modo Catholici, sed Lutherani quoque, Philippus Nicolai, Ioachimus Westphalus, Brentius, Iacobus Andreæ, Heshufius, Grauerus, Hunnius. Imo doctiores Caluiniani toto Belgio, qui exilio certamina sua luerunt.

§. 2. Plane autem audacis est impudentiæ, nunc demum id negati, cum non modo libri existent, sed cum olim Petrus Vermilius Zwinglianus in l. 2. Regum cap. 6. eum refutarit, Caluin illas blasphemias appelles execrandas, libertinas, abominandas, sacrilegas, & plane diabolicas. Quid quod Bernates anno D. 1554. libellos Caluini tam horrenda, & humano generi perniciofa continentes percipserint, acerationi & flammis adiudicant. Certe totus orbis tum intellexit, Caluinum impia degenata tueri, sed arte fatanæ factum est, ut quamuis primo aspectu mouerentur rei atrocitate, postea tamen quasi non imputaretur, neglexerunt.

Isaia 10. 9. Mandabo ei ut auferat spolia. Omnia eo loco flagitia, & facinora in Deum transcribit. Libertinos ista docere non negat, sed mitum in modum eos exagitat. Libro contra Libertinos cap. 4. *Oculi ipsi inuicior, impuros istos, atq; impudentes, nobis, id etiam ignorantibus, quasi lenonibus uti, ut miseræ animas corrumpant.* Nimirum Caluiniani horrendum illud Barathri prostitulum in lupanari suo conferunt; Martinum Bucerum in Christo sibi venerabilem fratrem, facillime eam Libertinorum doctrinâ comprobasse refert.

§. 3. Pareus contra Bell. l. 1. de amiff. gratiæ, & statuti peccati cap. 14. Mollius loqui videtur, sed tamen rem ipsam Libertinorum agi. Pag. 371. Hæc habet: [Quod Deus neminem excæcet, inducet posituæ, hoc est, ex vidente cæcum; ex molli durum efficiat, verum est: Quod verum in excæcatione, induratio ne impiorum nihil posituæ operetur, sed sit ociosus spectator, permissor, est falsum. In pœnis enim infligendis Deus posituæ totum agit, quia agit, ut iudex. At excæcatio, induratio ubique in scripturis singulari pœnam peccatorum designat, &c. Ergo in his aliquid posituæ egit Deus. Negatiue enim excæcare est non excæcare, quod directe est contra scripturam & falsum.] Permissionem sufficere negat, licet fateatur esse communem sententiam patrum.

Verum nusquam scriptura dicit: Deum posituæ indurare, excæcare. Negatiue indurare, excæcare, non est simpliciter non excæcare, sed nō excæcare efficiendo cæcitatem, sed excæcare permitiendo non illuminando. Augustinus excæcationem hanc desertione gratiæ fieri multis locis docet, de natura & gratia c. 22. Materiam peccati dicit esse vinctam si ad hoc peccator infirmatus est, ut plura peccaret, nec cogitat præuicatorum legem, quem digne lux deserat veritatis. Quæ desertus vique sit cæcus, & plus necesse est offendat, & cadendo vexetur, vexatusq; non surgat. Hanc fieri pœnam dicit, deserente luce sapientiæ.

§. 4. Soboles Marcionitarum sunt Caluiniani, illi Deum veteris testamenti auctorem peccati constituerunt, ex eo quod Pharaonem induravit. Respondet l. 4. c. 48. Irenæus, non aliter Deum veteris testamenti indurasse, quam Deus noui testamenti excæcauerit. Vnus enim, inquit, & idem Deus, his quidem, qui non credunt, sed nullificant eum, inserit cœcitatē. Quemadmodum sol, qui est creatura eius, his qui præter aliquam infirmitatem oculorum non possunt, contempnunt lumen eius, his autem, qui credunt ei, & sequuntur eum, pleniorē, & maiorem illuminatōnem, mentis præstat. Secundum hunc igitur sermonem, & apostolus ait, in secunda ad Corinthios. In quibus Deus huius sæculi excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio Adam; Conzen in Enang. Tom. II.

rio Evangelij gloria Christi. Et iterum in ea, quæ est ad Romanos, &c. Deinde fiat excæcatio, describit. Si igitur & nunc, & quotquot sunt, non credituros Deus, cum sit omnium præcognitor, tradidit Deus infidelitati eorum, & auertit faciem ab huiusmodi, relinquens eos in tenebris, quas sibi ipsi elegerunt.

Similitudo folis, & relictio in tenebris, quas ipsi elegerunt, non illuminatio, longe sunt remota à positura Libertinorum, & coactiua Zwinglij excæcatione. Eodem modo Tertullianus l. 2. contra Marcionem occurrit eidem errori. Et Archelaus Mesopotamienus Episcopus apud Cyrillum catech. 6. Augustinus de prædestinatione, & gratia c. 15. de prædest. sanctorum c. 8. de gratia & l. b. arbit. c. 21. 22. 23.

QVÆSTIO II.

Cur non poterant credere?

§. 1. Particula *propterea* euentum significat, non causam, ut supra indicauimus, alij adeo non credidisse, ut viderentur, non potuisse credere, quia hoc Isaïas prædixit. Ita Maldonatus. Bellarminus negat ideo semper adesse gratiam conversionis. Notant alij ideo credere non potuisse, quod excæcati essent: non quod prædictum esset, non credituros.

Calvinus audacter in Deum causam transcribit, cur credere non potuerint. [Hic non tam præscientiæ Dei, quam iudicij & vindictæ habenda est ratio. Neq; enim Deus quid ex cœlo speculetur, facturos esse homines, sed quid ipse facturus sit pronunciat; nempe quod stupore, & vertigine percutiet impios: ut de ipsorum malicia vltionem sumat, nam hic notatur causa propinqua & inferior, cur verbum suum quod natura salutare est, Deus exitiale Iudæis ac mortiferum esse velit: nempe quod sua malitia ita meriti essent. Hanc pœnam ipsis impossibile fuit effugere, quam semel Deo statutum esset, ipsos in reprobam sensum conijcere, & verbi sui lucem illis vetere in tenebris.]

Hinc coacta illa peccandi necessitas, quam sæpe Zwinglius inculcat, cum dicit Deum mouere latronem; ad facinora, ut in crucem agatur, de quo egi in idolo Caluiniano, pag. 251.

Plane horrenda contra Dei bonitatem blasphemia. Flesti illa non possunt, frangenda sunt. Vide eadem pagina eadem.

§. 2. Gregorius Nazianzenus sex modis, quibus aliquid posse aut non posse fieri dicitur, proponit, eum recentiores fere secuti sunt.

Nazianzenum secutus est Chrysostomus. id est πάλιν, ὅτι καὶ εἶπεν, ὅτι οὐκ ἔστι λόγος, ἀλλ' ἐκβάσας. ὁ γὰρ ἐπειδὴ εἶπεν ἡσάσας, οὐκ ὀφείλουσιν. ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἐμελλόντισεν εἶναι, οὐκ ἔτι εἶπεν ἡσάσας. Ecce iterum, quia & dixit, non causam, sed euentum significat, non enim quia dixit Isaïas, non crediderunt, sed quia credituri non erant, ideo dixit Isaïas. Quod autem dixit non potuerunt, ipse significare voluisse ait, ὅτι τὸς καὶ οὐκ ἔστι λόγος, scriptura certitudinem.

Non poterant igitur, quia nolabant. Quod adeo vtitur fuit tractatoribus, ut ipse etiam Zwinglius hunc locum ad Borborianam suam mephitin torque ausus non sit. [Cum autem dixit: (verba Zwinglij sunt) non possunt credere, idem est, ac si dixisset; non voluerunt credere, sic enim mos est loquendi: non possum inquit aliquis, hominem istum diligere. Id est, non volo. Non potuerunt filij Israël Chananeum eicere, id est, non voluerunt, propter ignauiam, securitatem aut metum.] Ita ille ut postens demeret occasionem blasphemandi, si sequeretur bene aliquando doctorem vellent.

Concludam sententia Augustini. Quæ sequuntur: dicitur enim nobis, si non potuerunt credere, quod peccatum est hominibus non facientibus, quod non potest facere? Si autem non credendo peccauerunt, potuerunt ergo credere, & non fecerunt. Si ergo potuerunt quomodo dicit Evangelium, propterea non poterant?

poterant credere, quia iterum dicit Esaias, excacauit oculos eorum, & indurauit cor eorum. Vt (quod est grauius) ad Deum referatur causa qua non crediderunt: quandoquidem ipse excacauit oculos eorum. Non enim saltem hoc de diabolo dicitur, sed de Deo quod ipse prophetica scriptura testatur. Nam si arbitremur hoc dictum de diabolo, quod excacauit oculos eorum, & cor indurauit, laborandum est, quomodo illorum culpam, quia non crediderunt, possumus ostendere de quibus dicitur, non poterant credere. Deinde quid respondebimus de alio propheta ipsius testimonio, quod posuit Paulus Apostolus dicens, Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non videant, & aures ut non audiant vsq; in hodiernum diem? Audistis fratres mei propositam questionem, nempe quam profunda sit cernitur: sed respondemus ut possumus. Non poterant credere, quia hoc Esaias propheta praeiicit: hoc autem propheta praeiicit, quia Deus hoc futurum esse praesentit. Quare autem non poterant, si a me queratur, cito respondeo, quia volebant, malam quippe eorum voluntatem praetendit Deus, & per prophetam praeiicit illi cui abscondi futura non possunt. Sed aliam causam, inquit, dicit propheta, non voluntatem eorum, quam causam dicit propheta? Quia dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non videant, aures ut non audiant, & excacauit oculos eorum, & indurauit cor eorum. Etiam hoc eorum voluntatem meruisse respondeo. Sic enim excacat, sic obdurat Deus deferendo, non adiuvando, quod occulto iudicio facere potest. inquit non potest. Hoc omnino pietas religionum inconcussam debet inuolantem, seruare, sicut Apostolus dicit cum eandem ipsam tractaret difficillimam questionem. Quid ergo dicemus? inquit; Nunquid iniquitas est apud Deum? Absit. Si ergo absit ut sit iniquitas apud Deum, siue quando adiuuat, misericorditer facit, siue quando non adiuuat, iuste facit: quia omnia non temeritate, sed iudicio facit. Porro si iudicia sanctorum iusta sunt, quanto magis sanctificantis & iustificantis Dei? iusta ergo sunt, sed occulta. Ideo cum questionem huiusmodi in medium venerint, quare alius sic, alius autem sic: quare ille Deo deserente excacetur, ille Deo iuvante illuminetur, non nobis iudicium de iudicio tanti iudicis usurpemus, sed contremiscentes exclamemus cum Apostolo. O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius? vnde dictum est in Psalmo, iudicia tua abyssus multa. Non ergo me fratres ad hanc penetrandam altitudinem, ad hanc abyssum discutiendam, ad inscrutabilia persequenda, expectatio vestra charitatis impingat.

QUESTIO III.

Quando hac dixit Esaias?

§. I. **C**um videret gloriam eius, & loqueretur de eo. Controuertunt tamen auctores ad quem referantur, pronomina eius, & eo, ad Patrem, an Filium? Et certe si omnia confideremus, aliud concludere non possumus, quam de Christo Euangelistam loqui. De eo enim ante dixerat, non credebant in eum, & subiungit, multos ex principibus credidisse in eum. Causa autem non erat, ut de patre diceret, gloriam eius ab Isaia visam, de eo enim dubium nulli erat. At Christi diuinitatem nobis certo argumento significare voluit, nam Deus erat cuius gloriam vidit Esaias c. 6. 1. In anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & ea quae suberant, replebant templum, Seraphim stabant super illud. Deinde dicitur sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth. Christi gloriam vidit propheta, Deus igitur Christus. Paulus Actor. 28. 27. Spiritum sanctum locutum esse ait, ex quo etiam illius diuinitas colligitur. Athanasius de communi essentia Patris & Filij. Appaeruerunt ergo in illa visione filius, & Spiritus sanctus. Hoc est tota Trinitas, & ideo angeli ter repetunt, sanctus, sanctus, sanctus. Nec est excludendus pater, nam non minus apparere ille quam aliae personae debuit. Quod Hilarius lib. 5. de Trin. Tertullian.

Spiritus
Deus.

aduersus Praxean, Ambros. in 1. Luc. putant non paruisse in veteri testamento, forte eo sensu dixerunt, quod pater sicut per filium redemit, ita per eum etiam prophetas erudit, quadam appropriatione, non autem, quod non gloria patris simul etiam consecrata sit.

VERSUS 43.

*Dilexerunt enim gloriam hominum
magis, quam gloriam Dei.*

QUESTIO I.

An verè principes, & qua fide crediderint?

§. I. **P**rinces in Christum credebant, sed qui suae existimationis, & auctoritatis tenaces erant, publice fidem non confitebantur, ne cum dedecore in synagoga eijcerentur; amabant enim magis gloriam quae ab hominibus datur, quam quae est a Deo. Quae ex re luculentum habemus testimonium, quo probamus a caritate posse fidem separari. Credebant in Christum, sed metu ignominiae, fidem celabant, Ita Bellarminus lib. 1. cap. 15. de iustificatione. Respondet Pareus, veram eos fidem, & iustificantiem habuisse, nec propter confessionis omissionem caritate priuatos. Veram fuisse igitur fidem concedit. Negat principes dilectione caruisse. [Crediderunt, inquit p. 243. de iustif. lib. 1. cap. 15. enim in Christum: Igitur non fuerunt hostes, sed amici Christi. Dilectionem igitur Christi aliquam habuerunt. Duo vero illa, quod dicuntur metu excommunicationis, Christum non confessi, & magis dilexisse gloriam hominum, quam Dei, non magis dilectioni, quam fidei eorum derogant. Docent quidem fidem eorum non fuisse vegetam, validam, de qua dicitur: Corde creditur ad iustitiam, ore fit confessio ad salutem: Non docent vero fidem eorum fuisse nullam, vel euandam, & mortuam: sed fuisse aegram, infirmam, invalidam, ut eam vocat Cyrillus, quae nihilominus vera esse potuit. Sicut enim verus homo variis morbis est obnoxius, salua sua essentia, sed non saluis actionibus vitalibus: sic vera fides non raro variis conficitur morbis, saluo habitu, non saluis actibus.] Exemplum Davidis, Petri, Nicodemi adducit, & ex horum numero principes fuisse dicit.

Nec modo fidem mansisse veram, sed etiam dilectionem affirmat, sed fuisse infirmam, non enim dicit, non dilexisse gloriam Dei, sed magis dilexisse gloriam hominum, probat hoc auctoritate Buceri.

Respondet. Principes illos qui magis dilexerunt gloriam hominum, quam Dei, adeo, ut praeponebant illam diuinam, gratiter peccasse, & quidem contrariter, quia taciturnitate obstabant ceteris. Nicodemus quidem noctu venit ad Christum, postea tamen & pro domino locutus est, & non consensit adhibere eorum. Occultus potest esse quispiam Christi discipulus, verum si eo nomine ne gloriam hominum amittat, si humanae laudis appetitu diuinam fastidit, excusari non potest. Quod exemplo Davidis Bethsabee rapientis, & Petri negantis principum caritatem probatur; tantum absit, ut fidem mereatur, ut potius contrarium consequatur. Nam & David stupro, & innocentis sanguine oblitus caritate exciderat, & Petrus negando, ac perierando iustitiam perdidit, fidem tenebat. Quod si David in tantis flagitiis caritatem & iustitiam retinuit, nullum scelus facere in iustum potest credentem. Verum Pareus a suo patriarcha Caluino luculenter refutatur. [Quod nulla, inquit, istis iniecta fuerit supersticio, sed solum apud hominibus]